spiritus procellarum que faciunt verbum eius. Mon
tes et omnes colles ligna fructifera et omnes cedri.
Bestie et universa pecora serpentes et volucres
pennate. Reges terre et omnes populi principes et
omnes iudices terre. Iuvenes et virgines senes
cum iunioribus laudent nomen domini quia ex
altatum est nomen eius solius. Confessio eius
super celum et terram et exaltavit cornu populi sui.
Hympnus omnibus sanctis eius filiis israel
populo appropinquanti sibi. ps. dd.
Cantate domino canticum novum laus
eius in ecclesia sanctorum. Letetur israel in eo
qui fecit eum et filie syon exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro in tympano et psal
terio laudate psalterio psallant ei. Quia bene
placitum est domino in populo suo et exaltavit man
suetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria
letabuntur in cubilibus suis. Exultationes
dei in gutture eorum et gladii ancipites in manibus
eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus
increpationes. Ad alligandos reges eorum in + in populis
compedibus et nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudicium con-scriptum
gloria hec est omnibus sanctis eius. ps.

Page 9